Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



THIMOTHEUS · II

ordinauit ecclias galatie. Ita et uos
facite: per unam sabbati. unusquisque
uestrum apud se reponat. recondens quod
sibi bene placuerit: ut non cum uenero
tunc collecte fiant. Cum autem pre
sens fuero. quos probaueritis per epistolas.
hos mittam perferre gratiam uestram in hie
rusalem. Quod si dignum fuerit ut et
ego eam: mecum ibunt. Veniam autem
ad uos cum macedoniam pertransiero.
Nam macedoniam pertransiro: apud uos
autem forsitan manebo. uel etiam hiema
bo: ut uos me deducatis quocumque iero.
Nolo enim uos in transitu uidere modo.
Spero enim me aliquantum temporis ma
nere apud uos: si dominus permiserit.
Permanebo autem ephesi. usque ad pen
tecosten. Hostium enim apertum est mi
hi magnum et euidens. et aduersarii multi.
Si autem uenerit timotheus: uidete ut
sine timore sit apud uos. Opus enim
domini operatur sicut et ego. Ne quis ergo
illum spernat. Deducite autem eum
in pace. ut veniat ad me. Expecto
enim illum cum fratribus. De apollo au
tem significo uobis: quia multum ro
gauit eum ut veniret ad uos cum fratribus:
et utique non fuit uoluntas eius ut
nunc veniret. Veniet autem cum et ue
nerit fuerit. Vigilate. state in fide.
uiriliter agite. et confortamini in domino:
et omnia uestra in caritate fiant. Obse
ro autem uos fratres: nostis domum ste
phane. et fortunati. et achaici. quo
sunt primitie achaie: et in ministe
rium sanctorum ordinauerunt se ipsos: ut et
uos subditi sitis huiusmodi. et omni co
operanti et laboranti. Gaudeo autem
in presentia stephane. et fortunati. et
achaici: quia id quod uobis deerat
ipsi supplerunt. Refecerunt enim et
meum spiritum et uestrum. Cognoscite ergo qui
huiusmodi sunt. Salutant uos fratres
ecclie asie omnes. Salutant uos in do
mino multum aquila et priscilla. apud
quos et ego hospitor. cum domestica sua
ecclia. Salutant uos fratres omnes.
Salutate inuicem in osculo sancto. Sa
lutatio mea manu pauli. Si quis
non amat dominum nostrum ihesum christum: sit
anathema. maranatha. Gratia domini
nostri ihesu christi. uobiscum. Caritas mea
cum omnibus uobis in christo ihesu domino
nostro. Amen. Argumentum.

Post actam penitentiam
consolatoriam epistolam
scribit eis atque per
timotheum: et collaudans
eos ad meliora hortatur: et contris
tatos quidem eos. sed emendato
ostendens. Ad Corinthios · i.

Paulus apostolus ihesu
christi per uoluntatem
dei. et timotheus
frater. ecclie dei
que est corinthi.
tum sanctis omnibus
qui sunt in uni
uersa achaya.
Gratia uobis et pax a deo patre
nostro: et domino nostro ihesu christo. Bene
dictus deus et pater domini nostri ihesu christi.
pater misericordiarum. et deus totius
consolationis: qui consolatur nos
in omni tribulatione nostra: ut possimus
et ipsi consolari eos qui in omni
pressura sunt. per exhortationem
qua exhortamur. et ipsi a deo: quoniam si
cut habundant passiones christi in no
bis: ita et per christum habundat consola
tio nostra. Sive autem tribulamur pro
nostra exhortatione et salute: sive con